

Lichenes Exotici.

IV.

Auctore Dr. J. Müller.

139. **Usnea barbata** v. **oxygona** Müll. Arg.; thallus erectus, irregulariter sparsim ramosus et ramillosus, stramineo-albidus; rami primarii alveolato-inaequales, acute angulosi et subsorediosi, minores tuberculoso-asperii. — Patagonia: Moreno et Tonini n. 912 (comm. cl. Otto Kuntze).

140. **Usnea plicata** Hoffm. Deutschl. Flora p. 132; v. **sorediosa** Müll. Arg., abbreviata, ramis et ramillis laevibus, his superne sorediosis. — Patagonia: Moreno et Tonini n. 115, 223 (comm. cl. Otto Kuntze).

141. **Usnea trachycarpa** v. **sublaevis** Müll. Arg.; rami dense papilloso at non alveolato-scaberrimi, apothecia dorso fere laevia, ramilli flagelliformes nigrati. — Simillima *U. melaxanthae* v. *ciliatae* Müll. Arg., ubi autem discus apotheciorum niger. — Patagonia: Moreno n. 713 (comm. cl. Otto Kuntze).

142. **Ramalea coilophylla** Müll. Arg.; *Cladonia coilophylla* Müll. Arg. Lich. Beitr. n. 168; Wainio Monogr. Cladon. I. p. 504. Species insignis tantum sterilis nota, quam antea ad *Cladoniam* retuli et affinem credidi *Cl. ceratophyllae* Eschw., etiam assentiente clar. Monographo *Cladoniarum*, ex omni affinitate naturali ad genus *Ramaleam* Nyl. in Flora 1866 p. 289 et Recogn. *Ramalinarum* p. 76 pertinet, etiamsi apothecia hucusque ignota. — A *R. tribulosa* Nyl. l. c., ex insula Cuba, differt forma late spatulata et supra testudineo-convexa laciniarum thalli. Colores et consistentia partium caeterum ad amussim quadrant et pagina inferior utriusque minutissime laxae araneoso-puberula est. — Quum specimina fertilia cubensia podetiis careant, affinitas cum *Cladoniis* omnino evanescit sed apothecia biatorina conjunctionem cum *Ramalineis* vetant et dein formationem tribus distinctae inter *Disco-carpeas* *Thamno-Phylloblasteas* postulant: *Ramaleae*, thallo foliaceo-compresso, adscendente, undique corticato, non rhizinigero, gonidiis globosis laete viridibus, apotheciis biatorinis lateralibus. — In Brasilia prope Apiahy: Puiggari n. 1040.

143. **Ramalea myriocladella** Müll. Arg.; thalli laxae caespitose crescentes, tantum 4—6 mm alti, fere e basi in lacinias circ. 2—4 indivisas aut iterum flabellatim divisas abeuntes; laciniae primariae 2 mm latae, altero latere late semitubuloso-concavae, posteriores compressae et angustiores, dorso convexo laeves, non striatae, omnes superne ad margines pectinatim et apice flabellatim in ramillos perexiguos, $\frac{9-17}{100}$ mm latos cylindricos divisae; ramilli ultimi conferti, 2—5-plo tantum longiores quam lati, simplices v. 2—4-partiti, imo apice saepe emarginati, non sorediosi. — Apothecia ignota. — Minutiae partium et ramillis ultimis valde numerosis et brevissimis et tenuissimis insignita est, caeterum habitu et characteribus proxime ad cubensem *R. tribulosam* Nyl. accedit. — Corticola, Caracas: Dr. Ernst n. 105.

144. **Sticta patagonica** Müll. Arg.; thallus circ. 6—8 cm latus, usque ad medium aut brevius lobatus, lobis breviter et obtuse lobulatis et crenatis, totus subtenuis, parte mediana praesertim scrobiculatus, e lurido-glaucis v. subcinereo fuscescens, versus ambitum lurido-violascens et laevior v. laevis, subtus fulvo-fuscescens et dense floccoso-tomentosus, sub indumento demum rarescente reticulato-rugosus; pseudocyphellae albae, planae, hinc inde fere deficientes; gonidia globosa, 7—10 μ lata; apothecia ignota. — Inter seriem specierum pseudocyphellis albis distinctarum valde peculiaris nec ulli arcte affinis, attamen prope *St. granulata* Bab. (quae non est *Stictina*) inserenda, haud parvam offert similitudinem cum *Stictina* *Gaudichaudii* Nyl., sed differt superficie, pseudocyphellis et gonidiis. A *St. cinereo-glaucis* differt pseudocyphellis et superficie thalli et demum a *St. orygmata* Ach., ubi specimina subsimilia etiam occurrunt, distat pseudocyphellis multo majoribus, haud tuberculiformibus, albis nec citrinis et thallo tenui. — In Patagonia: Moreno et Tonini n. 26, 220 (comm. cl. Otto Kuntze).

145. **Parmeliella cheiroloba** Müll. Arg.; thallus dense imbricato-squamulosus; squamulae $1\frac{1}{2}$ —5 mm longae, spathulato-oblongae, profunde 2—3-fidae, apice digitiformi-lobulatae, cinereo-fuscescentes v. majores cinerae, supra subtilissime subfarinaceo-puberulae, subtus albo-villosulae, divisiones omnes firmae et convexae et adscendentes; gonimia ut in congeneribus; apothecia ab origine biatorina, primum margine haud prominente pallidiore tenui cincta, dein immarginata, $\frac{1}{4}$ —1 mm lata, convexa, rufo-fusca et nuda; hypothecium pallidum; sporae in ascis biseriatim 8-nae, ellipsoideae, circ. 16 μ longae et $8\frac{1}{2}$ μ latae. — Habitu bene ad *Pannariam leucostictam* Tuck. accedit, sed apothecia sunt biatorina. Juxta japonicam *Parmeliellam* incisam Müll. Arg. L. Yatab. n. 60, cujus squamulae angustius divisae et sporae multo majores, inserenda est. — Ad Columbia Falls in distr. Montana Americae sept.: Dr. Eckfeldt n. 78.

146. **Phyllopsora subparvifolia**; *Lecidea haemophaea* v. *subparvifolia* Müll. Arg. L. B. n. 54, a primitiva *Lecidea haemophaea* Nyl., s. *Phyllopsora haemophaea* Müll. Arg., apotheciis olivaceo- v. livido-nigricantibus, nec sanguineo-obscuratis separanda est. Sporae caeterum utriusque, valde graciles, nec non hypothecium bene conveniunt. Thallus ut in *Ph. parvifolia* et *Ph. Ernstiana*. — Corticola, Caracas: Dr. Ernst n. 38, 45, 114.

— — v. **dactyligera**; thalli squamae longe et graciliter dactyligerae; dactyli cylindrici, subdecumbentes, 1 mm longi et $\frac{1}{10}$ mm crassi. — Caracas: Dr. Ernst n. 43.

147. **Amphiloma elegans** v. **imbricatum** Müll. Arg.; thallus intense aurantiacus, longe laciniosus, laciniae elongatae et vulgo minus (quam in planta normali speciei) divisae, longe subparallelae et subimbricatae, 1 mm latae, turgido-semicylindricae, demum nonnihil nodulosae. — Saxicola, in insula Gran Canaria; O. Ktze. n. I et olim etiam a Despréaux ibidem lectum.

148. **Phlyctidia Ludoviciensis** Müll. Arg.; thallus albus, tenuissimus, farinosus v. farinoso-rugulosus, ambitu effusus; gonidia globosa, 8—11 μ lata; apothecia $\frac{25-32}{100}$ mm lata, orbicularia, emergentia, distincte aut obsolete thallino-marginata, margo cum thallo concolor, discum carneum subnudum ambitu nonnihil crenato-lobulatum haud superans, discus ob ascos magnos in quoque thalamio circ. 8—15 prominulos gibbosus; lamina hyalina, mollis; paraphyses tenuissimae, tremuloso-flexuosae et (chemice tractatae) trabeculatum connexae; asci 1-spori; sporae 90—100 μ longae, 28—35 μ latae, elongato-ellipsoideae, 15—20-loculares, loculi omnes simplices, 4—5-plo latiores quam longi. — A cl. Dr. Eckfeldt sub *Phlyctide Ludoviciensi* Stzb. missa, ad genus *Phlyctidiam* Nyl. pertinet et juxta proximam *Phlyctidiam Boliviensem* (Nyl.) Müll. Arg. L. B. n. 220 (Coll. Lind. n. 900) locanda est. — Genus *Phlyctidia* a *Phlyctella* Krphl. N. Beitr. z. Flora v. Neu-Seeland p. 6 in eo bene recedit quod paraphyses irregulares et trabeculatum connexae (et insuper, etiamsi leviter tantum, sporis similibus iis sect. *Bombyliosporae*). *Phlyctidis* species dein jam sporis parenchymaticis generice differunt. — Corticola in *Planera aquatica* prope Martinsville in Louisiana s. Ludovicia: Dr. Eckfeldt n. 830.

149. **Lecidea** (s. **Biatora**) **torquens** Müll. Arg.; thallus obscure cinereo-luridus v. demum nigricans, tenuis, crebre depresso-granularis, demum facile evanescens; gonidia ampla, 15—20 μ diametro aequantia; apothecia $\frac{1}{6}$ — $\frac{1}{4}$ mm lata et minora, obscure fusca, dein nigricantia, madefacta distincte sed leviter pallentia, novella ($\frac{1}{10}$ mm lata) plana et obtuse obscurius marginata, evoluta modice convexa et immarginata, nuda et opaca; epithecium subfuscum, lamina cae-

terum hyalina; paraphyses segregabiles; asci 2-seriatim 8-spori; sporae 6—8 μ longae et $3\frac{1}{2}$ — $4\frac{1}{2}$ μ latae, ellipticae et oblongo-ovoideae. — Habitu multis accedens et extricatu haud facilis. Hinc primo visu fere Lecanoram sepincolam et americanam L. minutellam Nyl. (Lich. Japon p. 105) simulans at apotheciis novellis biatorinis omnino diversa, illinc fere Lecideam hypoptam Th. M. Fr. Scand. p. 463 refert, sed apothecia sunt multo minora, non alte convexa et minus nigrata, et L. hypoptella Nyl. aut L. symmictiza ejusdem etiam apotheciis majoribus pallidioribus et sporis majoribus recedunt. — Ad ligna vetusta, ad Fulton in territorio americano Illinois: Dr. Eckfeldt n. 19.

150. **Lecidea** (s. **Biatora**) **heterochroa** Müll. Arg.; thallus granulosus, albidus; granula hemisphaerica, arcte adnata, circ. $\frac{8-15}{100}$ mm lata, discreta, ambitu regularia, vulgo varie confluentia et demum varie pulviniformi-conglobata; apothecia $\frac{1}{4}$ — $\frac{1}{3}$ v. raro usque ad $\frac{1}{2}$ mm lata, ab origine immarginata, semper convexa, e fulvo-pallido mox fuscescentia, demum fusca v. brunneo-fusca et nuda, simplicia et pro parte prolifero-syncarpica v. aggregata, intus demum undique fulvo-fuscescentia; hypothecium non peculiariter obscuratum; partes interiores conglutinatae; sporae 8-nae, 11—15 μ longae et 3—4 μ latae, cylindratae, utrinque late obtusae. — Juxta L. furfuraceam Pers. et L. microdactylum (Kn.) Nyl., quarum apothecia majora et aliter colorata et quarum sporae multo graciliores, inserenda est. — Caracas, ad cortices: Dr. Ernst (sine n°.).

151. **Lecidea** (s. **Biatora**) **Befariae** Müll. Arg.; thallus albus, maculiformi-tenuissimus, polito-laevigatus; apothecia $\frac{2-4}{10}$ mm lata, sessilia, regularia et firma, rufo-nigricantia, leviter concava, margine crassiusculo integro prominente nitidulo cincta, madefacta leviter translucentia; margo disco obscurior; epithecium fuscidulum, lamina caeterum hyalina, nana, circ. 37 μ tantum alta; asci 2-seriatim 8-spori, apice valde pachydermei; sporae late obovoideae, 11—13 μ longae, 6—8 μ latae. — A L. fuscella Müll. Arg. recedit apotheciis et sporis minoribus et thallo; a L. mutabili Fée apotheciis regularibus, madefactis non adeo translucentibus, magis rufo-nigricantibus et firmis. A simillima L. gyrostomoide Müll. Arg. dein differt apotheciis haud nigris et minus concavis, in margine nitidulo subtranslucidis. Lamina est insigniter nana. — In ramulis Befariae prope Caracas: Dr. Ernst (sine n°.).

152. **Patellaria** (s. **Bilimbia**) **rubricosa** Müll. Arg.; thallus albus v. flavescenti-albidus, effusus et tenuis, subtiliter granuloso-furfuraceus; gonidia circ. 12 μ lata; apothecia 1— $1\frac{1}{2}$ mm lata et minora, sessilia, plana v. subplana, ab origine biatorina, subsanguineo-rubricosa v.

rubricosus-fuscescentia, margine tenui paullo pallidiore (gonidiis destituto) praedita, ab origine nuda; epithecium fulvo-rufescens, reliqua laminae hyalina; sporae in ascis angustis 8-nae, circ. $35\ \mu$ longae et $3\frac{1}{2}$ — $5\ \mu$ latae, spathulatae, 4-loculares. — Prope *P. rubellulam* (Nyl.) Müll. Arg., e Nova Caledonia et Nova Zelandia locanda. — Primo intuitu *Blasteniam* ferrugineam apotheciis obscure rubris praeditam simulat et dein similior *Lecaniae ochrophaeae* (Tuck.) Müll. Arg., sed apothecia intensius rubricosa et omnino biatorina. — Ad ligna vetusta decorticata, Oreille d'Idaho in America sept. confod.: Dr. Eckfeldt n. 28.

153. **Ocellularia endoleuca** Müll. Arg.; thallus glauco-albus, tenuis; continuus, superficie laevis et opacus; apothecia semiemersa, $\frac{2}{3}$ — $1\frac{2}{3}$ mm lata, primum fere omnino immersa et anguste aperta et fundo albo-obturata, dein sensim magis emersa et latius aperta et margo obtusus apice libenter expallens et subdecorticans; discus demum cribose pertusus, aperturae irregulares 3—8; interiora apothecii omnia albida; sporae in ascis 8-nae; 18 — $33\ \mu$ longae et 8 — $10\ \mu$ latae, 6—9-loculares. — Est species proxima *O. Bonplandiae* Sprgl. et *O. cavatae* Müll. Arg., a priore apotheciis magis abrupte emergentibus et majoribus et sporis majoribus, et ab ambabus simul apotheciis demum ampliatis et dilatato-apertis, disco albo cribrato et apotheciis intus undique albis diversa. — Corticola, Caracas: Dr. Ernst (sine n^o).

154. **Phaeotrema Caracasana** Müll. Arg.; thallus subflavescenti-albidus, tenuis, inaequalitates substrati obducens, demum subdisruptus, superficie subtiliter rugulosus; apothecia emersa, evoluta $\frac{2}{3}$ — $\frac{5}{6}$ mm lata, hemisphaerica, ambitu regularia et laevia; margo connivens; ostiolum circ. $\frac{1}{3}$ mm latum, stratum apicale columnulae nigrae centralis album, subintegrum, demum deciduum et fundus dein niger; perithecium interius nigrum; lamina vitreo-hyalina; sporae in ascis linearibus 1-seriatim 8-nae, fusculae, 14 — $17\ \mu$ longae, $5\ \mu$ latae, 6—7-loculares. — Medium tenet inter *Ph. virens* et *Ph. Auberianum* Müll. Arg., a priore apotheciis majoribus, emersis et margine obtuso, a posteriore apotheciis paullo minoribus, demum non late apertis, in fundo non glyphidioideo-perforatis recedens. — Corticola, prope Caracas: Dr. Ernst (sine n^o).

155. **Melaspilea mesophlebia**; *Opegrapha mesophlebia* Nyl. Sert. Lich. trop. p. 42, est species bene distincta et ad *Melaspileae* sect. *Holographam* Müll. Arg., juxta *M. leucinoidem* et *M. octomeram* Müll. Arg. locanda est. Lirellae emersae, vulgo simplices, irregulariter longitrorsum sulcatulae; labia conniventia; rima epithelialis albida ut in citatis speciebus. — Corticola in Mexico, ad San Luis de Potosi: C. G. Pringle (comm. Dr. Eckfeldt).

156. **Graphis endoxantha** Nyl. Expos. Lich. Nov. Caledon. p. 50 et Syn. L. Nov. Caledon. p. 71; *Graphis subelegans* Nyl. Sert. Lich. trop. p. 42, extus *Graphidi eleganti* Ach. accedit, sed intus est diversissima, et ad sectionem *Mesographidem* Müll. Arg. pertinet. Perithecium tantum nigro-corticatum, intus undique pallidum, subaureum aut aureo-albidum, colore etiam in speciminibus neo-caledonicis modice varians, sub lamina vulgo intensius aureum. — Corticola, ad San Luis de Potosi: C. G. Pringle (comm. Dr. Eckfeldt).

157. **Graphis** (s. **Diplographis**) **Balbisina**; *Graphis Balbisina* Nyl. Sertum Lich. trop. p. 42, a cl. Nylander cum *Graphide Balbisii* Fée comparata, huic speciei extus sat similis etiamsi lirellae paullo validiores, sed sporae utriusque speciei quoad structuram sunt diversissimae. Comparata species est *Graphina* e sectione *Chlorogrammate*, prior autem vera *Graphis* e sectione *Diplographide* et juxta *Graphidem rufulam* Montg. locanda est. — Corticola, ad San Luis Potosi in Mexico: C. G. Pringle (comm. Dr. Eckfeldt).

158. **Graphina Acharii** Müll. Arg. L. B. n. 1031; *Graphis anguilliformis* Eckf. in Torr. B. C. 1892 (non alior.); lirellae multo graciliores sunt quam in *Graphide anguilliformi* Tayl. s. Gr. illinita Eschw. et sporae parenchymatosae, loculi tamen haud raro simplices, saltem pro parte. — Corticola, San Luis de Potosi in Mexico: C. G. Pringle (comm. Dr. Eckfeldt).

159. **Graphina** (s. **Thalloloma**) **melaleuca** Müll. Arg.; thallus pallido-albus, opacus, laevis, continuus, tenuissimus; lirellae 1—2 mm longae, varie pauciramosae, rami $\frac{25-28}{100}$ mm lati, obtusi, ex innato demum emersi; labia thallina depressula, haud sulcata, hiantia et persistentia; discus linearis et nudus, nigro-fuscus; perithecium intus subindistinctum, hyalinum, aut superne strioliformi-fuscescens; epithecium anguste fuscum; sporae 8-nae, elongato-ellipsoideae, circ. 50—60 μ longae, 14—16 μ latae, 13—15-loculares, loculi transversim 3—4-locellati. — Juxta Gr. mendaciorem Müll. Arg., e Paraguay, locanda est, a qua differt thallo albiore, lirellis evolutis magis emersis et persistenter marginatis et dein sporis duplo minoribus. — Corticola prope Roseau Dominico Indiae occid.: Dr. Eckfeldt n. 70.

160. **Arthonia abbreviata** Müll. Arg.; thallus albidus, tenuissimus, laevis, demum rimosus; apothecia astroidea et pro parte subsimplicia, primum albidopruinosa, mox nuda et prominula; asteris-corum circ. $\frac{3}{4}$ mm latorum rami 2—6, simplices aut bifurcati, $\frac{1}{5}$ — $\frac{1}{4}$ mm lati, late lineares, in centro non late confluentes, sicci planiusculi et nigri, madefacti turgidi et rufo-fusci v. rufo-nigricantes; sporae in ascis obovoideis v. subglobosis 8-nae, hyalinae, cylindrico-obovoideae, 4-loculares, locus summus reliquis non major. — Asterisci breviramei. Habitus ad illum *A. confertae* Nyl. accedit, sed

apothecia magis lineari-astroidea magisque nigra et sporae tantum 4-loculares. — Corticola, in Mexico austro-orientali ad Monterey: Dr. J. W. Eckfeldt n. 1290.

161. **Synarthonia stigmatidialis** Müll. Arg.; thallus cinereo-albus, tenuissimus, subrugulosus, mollis; apothecia primum minute punctuliformia, in stromatibus ellipticis et oblongis leviter convexis creberrime conferta, primum albo-velata, dein nuda et obscure fusca, postea pro parte accrescentia et $\frac{1}{6}$ — $\frac{1}{3}$ mm lata, glomeruloso-v. subseriatim aggregata, intus fusciscentia; epithecium fuscum; asci obovoidei, superne pachydermei, 8-spори; sporae 15—17 μ longae, $4\frac{1}{2}$ — $5\frac{1}{2}$ μ latae, cylindrico-obovoideae, (4-) 5-loculares; locus superior reliquis major. — Prima fronte „Stigmatidium“ simulat, sed sporae (visae hyalinae) macrocephalae multarum Arthoniarum. — Corticola prope San Luis Potosi in Mexico: Dr. Eckfeldt n. 245.

162. **Chiodecton** (s. **Enterographa**) **compunctulum** Müll. Arg.; Stigmatidium compunctulum Nyl. Lich. Ins. Guineens. p. 50; juxta C. endoleucum Müll. Arg. inserendum est, cujus stromata et disculi majores. — Corticola in ins. Hawai: Eckf. n. 312.

163. **Porina** (s. **Sagedia**) **melaenula** Müll. Arg.; thallus obscure olivaceo-viridis, tenuissimus, granuloso-furfuraceus; apothecia $\frac{1}{10}$ — $\frac{1}{6}$ mm lata, tota nigra, subglobosa, basi deplanata, nuda, superne demum bene nitida; perithecium completum, basi modice deplanata tamen tenuius; paraphyses capillares; asci biseriatim 8-spори; sporae 14—15 μ longae, 3—4 mm μ latae, cylindrico-fusiformes, 4-loculares. — Est proxima P. pusillae (Montg.) Müll. Arg. L. B. n. 873, a qua statim discernitur colore et superficie thalli et apotheciis paullo majoribus. — Corticola, prope Caracas: Dr. Ernst n. 19 pr. p.

164. **Microthelia anonacea** Müll. Arg.; thallus maculiformis, cinereo-albidus, cum epidermide (sub microscopio) subtiliter alveolata confusus; apothecia nigra, hemisphaerica, basi in annulum angustum griseo-velatum dilatata, cum annulo fere $\frac{1}{3}$ mm lata, sine annulo $\frac{1}{5}$ mm lata, circ. 3-plo latiora quam alta; perithecium basi deficiens v. ibidem valde attenuatum; paraphyses capillares; asci 2-seriatim 8-spори; sporae 15—20 μ longae, $3\frac{1}{2}$ — 5 μ latae, leviter obovoideo-cylindraceae, medio 1-septatae, e hyalino deum fuscae. — Affinis est M. miculiformi Müll. Arg., sed ambitus sporarum alius. Apothecia vulgo subtiliter rugulosa, apice demum nitida, inferne cinerascens-velata. Ab affinibus variis aliis, ex gr. M. micula Körb., M. flavicante Müll. Arg., M. albidella Müll. Arg. differt aut ambitu angusto sporarum aut forma apotheciorum. — Ad corticem Anonae muricatae prope Caracas: Dr. Ernst (sine n^o).

Lichenes Ernstiani

a cl. Prof. Dr. Ernst prope Caracas lecti quos enumerat.

Dr. J. Müller.

Ordo Collemaceae.¹⁾

Tribus Collemeae.

1. **Leptogium phyllocarpum** Montg. Syllog. p. 379. — Dr. Ernst n. 4, 49, 112.
— — f. **isidiosum** Müll. Arg. Consp. L. Nov. Zel. p. 18. — E. sine num.
2. — **marginellum** Montg. Cub. p. 115. t. 6. fig. 2; L. *corrugatum* Nyl. Syn. p. 132. — E. n. 46, 69.
3. — **tremelloides** Fries Scand. p. 293. — E. n. 17, 101.

Ordo Epiconiaceae.

Trib. Sphaerophoreae.

4. **Sphaerophoron compressum** Ach. Meth. p. 135. — E. n. 25 pr. p.

Ordo Discocarpeae.

Trib. Stereocaulae.

5. **Stereocaulon mixtum** Nyl. Syn. p. 238. — E. n. 231, 385.

Trib. Cladonieae.

6. **Clathrina aggregata** (Eschw.) Müll. Arg. L. B. n. 589. — E. n. 14, 25, 78.
7. **Cladonia pycnoclada** Nyl. L. Nov. Zel. p. 11. — E. n. 30, 51, 59, 79.
8. — **furcata** v. **regalis** Flk. Cladon. p. 154. — E. n. 178.
9. — **ceratophylla** Eschw. Bras. p. 280. — E. n. 158.
10. — **muscigena** Eschw. Bras. p. 262. — E. n. 7 pr. p.
— — v. **polydactyloides** Müll. Arg. L. B. n. 388. — E. n. 7 pr. p.
11. — **macilenta** Hoffm. Fl. Germ. p. 126. E. n. 166.
12. — **verticillata** Flk. Clad. p. 26. — E. n. 130.

¹⁾ Quoad characteres Ordinum, Tribuum et Generum vide Müll. Arg. Consp. system. Lich. Novae Zelandiae in Bulletin de l'Herbier Boissier, vol. 2. append. I. p. 5—16. 1894.

13. **Cladonia mitrula** Tuck. ex Nyl. Syn. p. 203, videtur, sterilis. — E. n. 2.
14. — **cartilaginea** Müll. Arg. L. B. n. 169. — E. n. 3.
15. — **pyxidata** Fr. L. Eur. p. 216. — E. n. 63, 76, 77.
16. — **fimbriata** v. **conista** (Ach.) Müll. Arg. L. Oreg. n. 24. — E. n. 74.
— — v. **subulata** Schaer. Enum. p. 190. — E. n. 77.

Trib. **Baeomyceae.**

17. **Baeomyces fungoides** Ach. Meth. p. 320. — E. n. 9.

Trib. **Usneae.**

18. **Usnea barbata** v. **florida** f. **rubescens** Müll. Arg. L. Schenck. n. 35. — E. sine n.
— — v. **scabrosa** (Ach.) Müll. Arg. Nov. Gran. n. 20. — E. sine n.
— — v. **comosa** Wain. Etud. p. 3. — E. n. 80, 110.
— — — f. **rubiginea** Müll. Arg. L. Schenck. n. 35. — E. n. 58.

Trib. **Ramalineae.**

19. **Theloschistes flavicans** Norm. Conat. p. 17. — E. n. 153.
— — v. **intermedius** Müll. Arg. L. Mey. n. 5. — E. s. n.
20. **Ramalina complanata** Ach. Univ. p. 599, v. **denticulata** Müll. Arg. L. Afr. trop. n. 15. — E. s. n.
— — v. **foveolaris**; R. **denticulata** v. **foveolaris** Müll. Arg. L. B. n. 170. — E. n. 6 pr. p.
21. — **Caracasana** Müll. Arg. L. B. n. 49. — E. n. 230.
— — v. **speciosa** Müll. Arg. L. B. n. 49. — E. n. 222.
22. — **Eckloni** Montg. v. **tenuissima** Mey. et Flot. in Act. Leopold. 1843 p. 210. — E. sine num.
— — v. **membranacea** (Laur.) Müll. Arg. L. B. n. 818. — E. s. n.
23. — **inflata** Hook. f. et Tayl. in Hook. f. Flor. Antarct. p. 194. — E. s. n.
24. **Anaptychia leucomelaena** v. **angustifolia** (Mey. et Flot.) Müll. Arg. L. Usamb. n. 46. — E. n. 68.
25. — **comosa** Trevis. in Flora 1861. p. 52. — E. n. 67, 106.

Trib. **Ramaleae** Müll. Arg. L. Exot. n. 142.

26. **Ramalea myriocladella** Müll. Arg. L. Exot. n. 143. — E. n. 105.

Trib. **Peltigereae.**

27. **Peltigera rufescens** Hoffm. Fl. Germ. 2. p. 106. — E. n. 173.
28. — **polydactyla** Hoffm. Fl. Germ. 2. p. 106. — E. n. 169.
— — v. **dolichorrhiza** Nyl. Syn. p. 327. — E. n. 79.

Trib. *Parmeliaceae*.

29. **Stictina quercizans** v. **trichophora** Müll. Arg. L. B. n. 238. — E. n. 214.
 — — v. **peruviana** Nyl. Syn. p. 345. — E. n. 181.
 — — v. **microphylla** (Krpplh.) Müll. Arg. Revis. L. Austr. Krpplh. n. 53. — E. n. 93. pr. p.
 — — v. **ciliata** Müll. Arg. L. B. n. 397. — E. n. 93. pr. p.
30. **Sticta laciniata** Ach. Meth. p. 279. — E. n. 131.
 — — v. **angusta** Müll. Arg. L. Costar. n. 22. — E. n. 61, 146.
31. — **sinuosa** Pers. in Gaudich. Uran. p. 199. — E. n. 96, 203.
32. — **aurata** Ach. Meth. p. 277. — E. n. 154.
 — — v. **impressa** Müll. Arg. L. B. n. 178. — E. n. 22.
33. — **dissecta** v. **minor** Nyl. Syn. p. 371. — E. n. 1.
34. — **corrosa**; *Ricasolia corrosa* Nyl. Syn. p. 371. — E. n. 39, 42, 62, 175, 194.
35. — **patinifera** Müll. Arg. L. B. n. 1597. — E. n. 20, 75.
36. — **crenulata**; *Ricasolia crenulata* Nyl. Syn. p. 372. — E. s. n.
37. **Parmelia chlorocarpa** Müll. Arg. L. B. n. 182. — E. s. n.
38. — **praetervisa** Müll. Arg. L. B. n. 191. — E. n. 21.
39. — **perlata** v. **olivaria** Ach. Meth. p. 217. — E. n. 35.
 — — v. **ciliata** f. **aspera** Müll. Arg. L. hb. Vindob. n. 24. — E. n. 71.
40. — **Kamtschadalis** f. **tenuis** Müll. Arg. L. Nov. Gran. n. 43. — E. n. 80.
41. — **cetrata** Ach. Syn. p. 198. — E. n. 48.
 — — v. **sorediifera** Wn. Et. I. p. 40. — E. s. n.
 — — v. **subisidiosa** Müll. Arg. L. Usamb. n. 79. — E. n. 12.
42. — **laevigata** v. **ceratina** Müll. Arg. L. B. n. 186. — E. s. n.
43. — **tiliacea** f. **scortea** Müll. Arg. L. Usamb. n. 81. — E. s. n.
 — — v. **sulphurosa** Tuck. North Amer. Lich. p. 57. — E. s. n.
 — — v. **hypoleuca** Müll. Arg. Lich. Afr. trop. p. 346. — E. s. n.
44. — **Hookeri** Tayl. in Hook. Journ. of Bot. 1847. p. 169. — E. n. 10.
45. — **physcioides** Nyl. Syn. p. 385. — E. n. 192.
46. — **rudecta** Ach. Syn. p. 197. — E. n. 103, 170.
47. — **scrobicularis** Krpplh. Lich. Warm. p. 374. — E. s. n.
48. — **relicina** Fr. Syst. Orb. Veg. p. 283. — E. s. n.
49. **Anzia taeniata** (Nyl.) Stitzenb. in Flora 1862. p. 243. — E. n. 26, 52.
50. **Pseudophyscia speciosa** Müll. Arg. Consp. L. Nov. Zel. p. 36. — E. n. 21, 45.
 — — f. **isidiophora** Müll. Arg. L. Usamb. n. 93. — E. n. 142.
 — — v. **angustiloba** Müll. Arg. L. Costar. I. n. 42. — E. s. n.
 — — v. **hypoleuca** Müll. Arg. Consp. L. Nov. Zel. p. 40. — E. s. n.
51. **Physcia adglutinata** v. **pyrithrocardia** Müll. Arg. L. B. n. 196. — E. n. 23.

52. **Physcia dilatata** Nyl. Syn. p. 423. — E. n. 423.
 — — v. **nuda** Müll. Arg. L. B. n. 195. — E. s. n.
 53. — **integrata** Nyl. Syn. p. 424. — E. s. n.
 54. — **picta** Nyl. Syn. p. 430. — E. s. n.
 — — f. **isidiophora** Nyl. L. Kurzian. Calcutt. n. 5. — E. n. 2.
 — — f. **sorediata** Müll. Arg. Lich. Afr. occid. n. 12. — E. s. n.

Trib. **Pyxineae** Müll. Arg. L. Parag. p. 6.

55. **Pyxine Meissneri** Tuck. Obs. 1860. p. 400. — E. s. n.
 — — v. **endoleuca** Müll. Arg. L. B. n. 118. — E. n. 11, 60.

Trib. **Pannarieae**.

56. **Pannaria rubiginosa** Del. in Dict. Class. XIII. p. 20. — E. s. n.

Trib. **Parmelielleae**.

57. **Parmeliella pannosa** (Sw.) Müll. Arg. L. B. n. 243. — E. n. 11,
 47, 56, 67, 71.
 58. **Coccocarpia pellita** v. **tenuior** Müll. Arg. L. B. n. 421. — E. n. 31.
 — — v. **isidiophylla** Müll. Arg. L. B. n. 421. — E. n. 85.

Trib. **Phyllopsoreae**.

59. **Phyllopsora Fendleri** (Tuck. et Montg.) Müll. Arg. L. Usamb.
 n. 112. — E. n. 15, 27, 34, 59, 66, 180, 193.
 60. — **parvifolia** Müll. Arg. L. Eckf. n. 8. — E. n. 188.
 — — v. **fibrillifera** Müll. Arg. Consp. L. Nov. Zel. p. 45. —
 E. n. 84.
 — — v. **corallina** (Tuck.). — E. n. 143.
 61. — **breviuscula** (Nyl.) Müll. Arg. Consp. Lich. Nov. Zel. p. 45. —
 E. n. 95, 123, 139.
 62. — **subparvifolia** Müll. Arg. Lich. Exot. n. 146. — E. n. 38, 45, 114.
 — — v. **dactyligera** Müll. Arg. l. c. — E. n. 43.
 63. — **Ernstiana** Müll. Arg. L. Usamb. n. 115. — E. n. 190.

Trib. **Lecanoreae**.

64. **Lecanora subfusca** v. **subgranulata** Nyl. Syn. L. Nov. Caled.
 p. 26. — E. s. n.
 — — v. **cinereo-carnea** Tuck. (Eschw.). — E. s. n.
 65. — **atra** v. **americana** Fée Suppl. p. 110. — E. n. 201.
 66. — **granifera** Ach. Syn. p. 163. — E. s. n.
 67. — **multifera** Nyl. in Prodr. Nov. Gran. p. 34. — E. s. n.
 68. **Lecania punicea** v. **accolens** (Stirt.) Müll. Arg. L. Manip. n. 43.
 — E. s. n.
 69. **Diploschistes scruposus** v. **cinereo-caesius** Müll. Arg. Revis. v.
 Stein's Uebers. n. 75. — E. n. 1.

- 70. **Pertusaria velata** Nyl. Scand. p. 179. — E. n. 13, 64, 163, 196.
- 71. — **subvaginata** Nyl. in Flora 1866. p. 290. — E. n. 14, 195.
- 72. — **commutata** Müll. Arg. L. B. n. 706. — E. s. n.
- 73. — **anisospora** Müll. Arg. L. B. n. 738. — E. s. n.
- 74. — **modesta** Müll. Arg. L. B. n. 754. — E. s. n.
- 75. **Phlyctella Andensis** Nyl. L. Nov. Zel. p. 73. — E. s. n.

Trib. Lecideeae.

- 76. **Lecidea heterochroa** Müll. Arg. L. Exot. n. 150. — E. s. n.
- 77. — **Belfariae** Müll. Arg. L. Exot. n. 151. — E. s. n.
- 78. — **fuscella** Müll. Arg. L. B. n. 348. — E. n. 55 pr. p.
- 79. — **russula** Ach. Univ. p. 197. — E. s. n.
- 80. — **aurigera** Fée Ess. p. 106. t. 28. fig. 1. — E. s. n.
- 81. — **Piperis** Spreng. Act. Holm. 1820. p. 467. — E. n. 90 pr. p. 144.
— — v. **melanocarpa** Müll. Arg. Revis. L. Eschw. n. 41. — E. n. 55.
— — v. **circumtincta** Nyl. in Prodr. Nov. Gran. p. 55. — E. n. 40.
- 82. **Patellaria versicolor** (Fée) Müll. Arg. L. B. n. 433, 1028. —
E. n. 9, 10, 147, 189.
— — v. **incondita** (Krppl.) Müll. Arg. L. B. n. 1028. — E. n. 42, 60.
- 83. — **sulphurata** Müll. Arg. Revis. L. Mey. n. 52. — E. s. n.
- 84. — **tuberculosa** v. **subversicolor** Müll. Arg. L. B. n. 1029. — E.
n. 34, 36, 102, 111, 138.
- 85. — **Domingensis** Pers. in Act. Wett. ex Ach. Syn. p. 336. — E.
n. 46, 108, 113, 140.
- 86. — **thysanota** (Tuck.) Müll. Arg. L. B. n. 1432. — E. s. n.
- 87. — **rubellula** (Nyl.) Müll. Arg. L. Exot. n. 22. — E. n. 16.
- 88. — **Stanhopiae** Müll. Arg. L. B. n. 293. — In fol. Stanhopiae, s. n.
- 89. — **leucoblephara** Müll. Arg. L. B. n. 277. — In foliis, s. n.
- 90. — **tricholoma** (Montg.) Müll. Arg. L. B. n. 1520; *Patellaria*
cinnamotricha Müll. Arg. L. B. n. 294. — In foliis Stan-
hopiae, s. n.
- 91. — **fuscetula** Müll. Arg. L. B. n. 298. — In foliis, s. n.
- 92. — **cognata** Müll. Arg.; *Lecidea cognata* Nyl. in Prodr. Nov.
Gran. p. 62. — E. 37, 54.
- 93. — **rosella** (Ach.) Müll. Arg. L. Costar. n. 104. — E. s. n.
- 94. — **luteola** (Nyl.) Müll. Arg. L. B. n. 988. — E. s. n.
- 95. — **subluteola** (Nyl.) Müll. Arg. n. 358. — E. s. n.
- 96. **Heterothecium leucoxanthum** Mass. Esam. p. 17. — E. n. 37
pr. p., 182.
- 97. — **perpallidum** Müll. Arg. L. B. n. 265. — Status campylidiigerus.
— E. s. n.
- 98. **Lopadium vulgare** Müll. Arg. L. B. n. 276. — In fol. Auran-
tiorum, s. n.
- 99. **Buellia parasema** v. **disciformis** Th. M. Fr. Scand. p. 590. — E. s. n.

Trib. **Biatorinopsidae**.

100. **Biatorinopsis lutea** Müll. Arg. L. B. n. 254. — E. s. n.

Trib. **Coenogonieae**.

101. **Coenogonium Leprieurii** Nyl. Coenog. p. 89. — E. n. 24, 125.
 102. — **interplexum** Nyl. Coenog. p. 92. — E., supra n. 203.
 103. — **rigidulum** Müll. Arg. L. B. n. 517. — E. s. n.

Trib. **Coreae** Müll. Arg. L. Costar. I. p. 87.

104. **Cora Pavonina** Fr. Epicr. p. 556. — E. n. 19.

Trib. **Dichonemeae** Müll. Arg. L. Parag. p. 18.

105. **Dichonema sericeum** Montg. in Bel. Voy. aux. Ind. p. 155. t. 14.
 fig. 1. — E. n. 70, 86.

Trib. **Thelotremae**.

106. **Ocellularia terebratula** (Nyl.) Müll. Arg. Graph. Fécan. p. 12.
 — E. n. 70.
 107. — **Bonplandiae** Spreng. Syst. 4. 1. p. 242. — E. s. n.
 108. — **endoleuca** Müll. Arg. L. Exot. n. 153. — E. s. n.
 109. — **Auberianoides** (Nyl.) Müll. Arg. L. Brisban. n. 94. — E. n.
 200 pr. p.
 110. **Phaeotrema Caracasenum** Müll. Arg. L. Exot. n. 154. — E. s. n.
 111. — **virens** Müll. Arg. L. B. n. 1178. — E. n. 76.
 112. **Leptotrema mastoideum** Müll. Arg. L. B. n. 1184. — E. n. 28.
 113. — **Wightii** Müll. Arg. L. B. n. 518. — E. n. 36, 109.

Trib. **Graphideae**.

114. **Platygrapha chloroleuca** Müll. Arg. L. B. n. 213. — E. s. n.
 115. **Opegrapha melanospila** Müll. Arg. L. B. n. 56. — E. n. 12 pr. p., 31.
 116. — **Bonplandi** Fée Ess. p. 25. — E. n. 15.
 117. — **illecebrosula** Müll. Arg. L. B. n. 24. — E. n. 5.
 118. — **pyrenocarpoides** Müll. Arg. L. B. n. 216. — E. s. n.
 119. — **lynceoides** Müll. Arg. L. B. n. 215. — E. s. n.
 120. **Opegraphella filicina** (Montg.) Müll. Arg. L. Epiph. n. 49. —
 E. s. n.
 121. **Melaspilea tribuloides** Tuck. Gen. p. 199. — E. n. 62 pr. p.
 122. **Graphis rimulosa** (Montg.) Müll. Arg. L. Costar. n. 137. — E. s. n.
 123. — **annulata** Krplh. Lich. Glaz. p. 65. — E. s. n.
 124. — **compulsa** Krplh. L. Glaz. p. 61. — E. s. n.
 125. — **anfractuosa** Eschw. Bras. p. 86. — E. s. n.
 126. — **Lineola** Ach. Univ. p. 264. — E. s. n.
 127. — **scripta** v. **serpentina** Nyl. Scand. p. 252. — E. s. n.

- Graphis scripta** v. **commatiformis** Müll. Arg. L. B. n. 210. — E. n. 12, 18, 20, 25 pr. p., 26, 65, 73, 84, 87.
128. — **tenella** v. **flavicans** Müll. Arg. L. B. n. 449. — E. s. n.
129. — **albinula** Müll. Arg. L. B. n. 212. — E. s. n.
130. — **cinerella** Müll. Arg. L. B. n. 211. — E. s. n.
131. — **grammitis** Fée Ess. p. 47, t. 11, fig. 3. — E. n. 207.
132. **Graphina virginea** Müll. Arg. L. B. n. 154. — E. s. n.
133. — **Ernstiana** Müll. Arg. L. B. n. 206. — E. n. 40, 118.
134. **Phaeographina caesio-pruinosa** (Fée) Müll. Arg. Graph. Fécan. p. 49. — E. s. n.
135. — **Caracasana** Müll. Arg. L. B. n. 207. — E. n. 66.
136. — **anonacea** Müll. Arg. L. B. n. 208. — In cortice Anonae muricatae, E. s. n.
137. **Arthonia gregaria** Körb. Syst. p. 246. — E. n. 57.
— — v. **adspersa** Nyl. Prodr. Nov. Gran. p. 96. — E. n. 27.
138. — **microcarpa** Müll. Arg. L. B. n. 226. — E. s. n.
139. — **Antillarum** Nyl. Syn. L. Nov. Caledon. p. 61. — E. n. 17, 72.
140. — **pyrrhuliza** Nyl. in Flora 1885. p. 447. — E. n. 19.
141. — **cinnamomea** Müll. Arg. L. B. n. 224. — E. n. 83.
142. — **rubella** Nyl. Arthon. p. 89. — E. s. n.
143. — **dispersula** Müll. Arg. L. B. n. 225. — E. s. n.
144. — **miserula** Nyl. in Prodr. Nov. Gran. p. 106. — E. s. n.
145. **Arthothelium nebulosum** Müll. Arg. L. B. n. 221. — E. s. n.
146. — **taediosum** Müll. Arg. L. B. ad. n. 221; *Arthonia taediosa* Nyl. Chili p. 171. — E. s. n.
147. **Helminthocarpon Ernstianum** Müll. Arg. L. B. n. 1193. — E. s. n.
148. **Gyrostomum scyphuliferum** Nyl. in Prodr. Nov. Gran. p. 51. — E. s. n.
149. **Glyphis favulosa** v. **confluens** Müll. Arg. L. Usamb. n. 254. — E. n. 43, 121.
150. **Sarcographa actinoloba** (Nyl.) Müll. Arg. L. B. n. 1100. — E. s. n.
151. — **caesia** Müll. Arg. L. B. n. 57. — E. n. 41, 119.
152. **Chiodecton sanguineum** (Sw.) Wn. Et. II. p. 143. — E. n. 13, 29, 32, 38, 129.
153. — **heterotropoides** Nyl. ap. Fourn. Pl. Mex. p. 5. — E. n. 91.
154. — **hypochryseum** Müll. Arg. L. Usamb. n. 263. — E. n. 41.
155. — **nigrocinctum** Montg. Guyan. n. 248. — E. n. 157.
156. — **turbidum** Müll. Arg. L. B. n. 217. — E. s. n.
157. — **sphaerale** Ach. Syn. p. 108. — E. n. 29.

Ordo Pyrenocarpeae.

Trib. Striguleae.

158. **Strigula pachyneura** Müll. Arg. L. B. n. 914. — E. s. n.
159. — **Glaziovii** Müll. Arg. L. B. n. 1567. — In foliis Anonae, s. n.

- 160. **Strigula complanata** v. **genuina** Müll. Arg. Pyr. Cub. p. 381. — E. s. n.
- 161. — **puncticulata** Müll. Arg. L. B. n. 915. — E. s. n.
- 162. — **concentrica** Müll. Arg. L. B. n. 917. — E. s. n.
- 163. — **gibberosa** Müll. Arg. L. B. n. 918. — E. s. n.
- 164. — **plana** Müll. Arg. Pyr. Cub. p. 381. — E. s. n.

Trib. Pyrenuleae.

- 165. **Porina nucula** Müll. Arg. L. Exot. n. 39. — E. s. n.
- 166. — **mastoidea** Müll. Arg. Pyr. Cubens. p. 400. — E. s. n.
- 167. — **melaenula** Müll. Arg. Lich. Exot. n. 163. — E. n. 19, pr. p.
- 168. **Phylloporina rubentior** Müll. Arg. L. B. n. 660. — In foliis *Smilacis solanifoliae*, E. s. n.
- 169. — **rufula** Müll. Arg. Lich. Epiphyll. p. 21. — In foliis *Smilacis solanifoliae*, E. s. n.
- 170. — **nitidula** Müll. Arg. L. Epiphyll. p. 22. — Cum duabus praecedentibus, E. s. n.
- 171. **Microthelia anonacea** Müll. Arg. L. Exot. n. 164. — Ad corticem *Anonae muricatae*, E. s. n.
- 172. **Pseudopyrenula dirempta** (Nyl.) Müll. Arg. L. B. n. 602. — E. s. n.
- 173. **Pyrenula Kunthii** Fée Suppl. p. 80. — E. n. 37, 39, 145.
- 174. — **costaricensis** Müll. Arg. L. Costar. n. 197. — E. s. n.
- 175. — **ferax** Müll. Arg. Pyr. Cubens. p. 414. — E. n. 32, 33.
- 176. — **subvelata** Müll. Arg. Lich. Costar. II. n. 272. — E. s. n.
- 177. — **Caracasana** Müll. Arg. L. B. n. 902. — E. s. n.
- 178. **Anthracotheций duplicans** (Nyl.) Müll. Arg. L. Afr. occ. n. 52. — E. n. 24, 53, 81.
- 179. — **Thwaitesii** (Leight.) Müll. Arg. L. Afr. occ. n. 52. — E. s. n.
- 180. — **pyrenuloides** Müll. Arg. L. Afr. occ. n. 52. — E. n. 21.
- 181. — **corticatum** Müll. Arg. L. Costar. n. 209. — E. s. n.
- 182. — **confine** (Nyl.) Müll. Arg. L. Afr. trop. n. 52. — E. s. n.
- 183. **Trypethelium tropicum** Müll. Arg. Pyr. Cub. p. 393. — E. n. 120.
- 184. **Melanotheca arcte-cincta** (Fée) Müll. Arg. Pyr. Fécan. p. 19. — E. n. 35, 127.
- 185. — **Achariana** Fée Suppl. p. 71. t. 36 et 41. — E. n. 7, 47, 61, 98, 117.
- 186. **Parathelium Ernstianum**; *Pleurothelium Ernstianum* Müll. Arg. L. B. n. 61. — E. n. 130.
- 187. **Trichothelium epiphyllum** Müll. Arg. Pyr. Cub. p. 418. — In foliis *Smilacis solanifoliae*, E. s. n.

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: [Hedwigia](#)

Jahr/Year: 1895

Band/Volume: [34_1895](#)

Autor(en)/Author(s): Müller J.

Artikel/Article: [Lichenes Exotici. 139-153](#)